

et sanctissimam nostram vocationem benedicere dignetur.

Magnifica, anima mea, Domino Josepho,\*  
ut faciat omnes filios tuos benedicti in saecula saeculorum.

Magnifica, anima mea, Domino Josepho,\*  
ut perducatur nos omnes filios suos ad portum salutarem et animas afirmorum nobis commissas.

*Gloria Jesu, Mariae et Joseph.*

*Nunc et semper et in saecula saeculorum.*

*Amen.*

#### ANTIPHONA.

*Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium, et vocabis nomen ejus Jesum.*

*Concluidos los Salmos, todos dicen de rodillas, el Padre nuestro, el Ave Maria, el Ave Joseph, como en la páp. 15.*

*Jube..... Domne benedicere. (Se da la bendicion respectiva, pág. 17).*

## EXPLICACIONES SOBRE LAS LECCIONES.

1ª Las Lecciones de este santo Oficio Josefino varían cada día y cada mes.

2ª Son 3 para cada día y 93 para todos los meses de 31 días; 90 para los de 30 y 87 para el de 29 que es Febrero.

3ª Esas 3 Lecciones se leen todos los días al concluir los Salmos, Antifonas y Preces de los Maitines correspondientes á la Feria de que se reza.

4ª Antes de comenzar á leer cada una de esas 3 Lecciones, se observará lo siguiente: el que ha de leerla, pide la bendicion, diciendo: *Jube Domne benedicere*, conforme está en la página 17 de este Oficio; en seguida, el que preside el rezo, da la bendicion, diciendo, para la 1ª Leccion: *Per Virginem Patrem*, etc.; para la 2ª, *Quotidiana benedictione*, etc., y para la 3ª, *Cujus festum colimus*, etc., segun se encuentra en las páginas 17 y 18. Acabado esto, se sientan todos hasta que se hayan leído las dichas 3 Lecciones.

5ª Como estas fórmulas de dar y pedir la bendicion, son siempre las mismas para todos los dias de cada mes, no se repetirán antes de ninguna de las Lecciones; y así, siempre que dichas fórmulas se necesitaren, se ocurrirá inmediatamente á las páginas 17 y 18, donde se hallarán escritas integras.

6ª El final de cada Leccion, que dice: *Nos hæc sublimia mysteria mirantes*, etc., solo se hallará escrito todo, al fin de las 3 Lecciones del dia 1º de cada mes; al final de las Lecciones de los demas dias, solo se hallará anunciado, tal como queda al principio de esta 6ª explicacion, para que el lector lo siga hasta concluirlo, de memoria ó viéndolo donde queda escrito íntegro.

7ª La Oracion que comienza: *Joseph sine labe concepte*,—*Pater Dei*,—*Memor esto mei*, etc., y que se encuentra en la página 28, no se reza en el lugar en que está, ó sea al fin de las Laudes, sino que se deja para rezarla todos los dias al terminar las Completas, pues con ella há de concluirse cada dia el Oficio á nuestro Padre Señor San José, segun se advierte en la página 36.

## Para la primera entrada al Oratorio.



En tu presencia postrado  
 ¡Oh dulce Jesus! me tienes,  
 A pedirte que me llenes  
 De ese Pan Sacramentado.  
 ¡Oh mi Dios, oh Esposo amado!  
 Toda mi alma te desea;  
 Y así con la Cananea  
 Este Pan he de pedir:  
 Haz que llegue á conseguir  
 Una migaja aunque sea.

*Domine, non sum dignus*, etc., y despues para dar gracias, la siguiente:

*Quid retribuam Domino*. (Salmo 115.)

¡Qué te daré yo, Dios mio,  
 Por tanto como me has dado?  
 Toma, dulcísimo amado,  
 Mi voluntad y albedrío.  
 Toma este corazon frío,  
 Que aunque tan ingrato y duro,  
 Estoy muy cierto y seguro  
 En tu poder y bondad,  
 Que tu amor lo volverá  
 Un corazon recto y puro.

## MES DE JULIO.

—DIA 1<sup>o</sup>—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Cum Joseph habeat aliquod verum jus in Deum hominem, ita ut subjectus ei sit; tale jus excedit vires totius ordinis gratiæ, ergo Joseph ad ordinem hypostaticum revera pertinet.—*Jos.*—Dignitas Sanctissimi Josephi, est dignitas Sponsi Deigenitricis; sed dignitas Sponsi Deigenitricis est quasi forma, cui metaphysice et juridice debetur actio generativa ad Deum hominem terminata; ergo Joseph est Pater Christi, ergo ad ordinem hypostaticum revera pertinet.—*Eguiara.*—Dignitas Sancti Joseph fuit summa quædam gratia ipsi a Deo donata.—*Eguiara.*—Gratia Joseph donata fuit summa gratia quantitati-ve post gratiam suæ Sponsæ Mariæ donatam.—*Jos.*—Josephi virginitas ita sublimis, ut nihil præterea dici potest, quia ad ordinem hypostaticum pertinet.—*Jos.*—Dignitas Josephi talis est ut ipsius ratione Christus Dominus sit filius matrimonialis, filius virginalis, et magis fuit ejus filius, quam si foret filius naturalis.—*Jos.*

DIA 1<sup>o</sup> DE JULIO

645

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

R. Quis misericordiae tuæ, o bone Joseph, longitudinem queat investigare? \*In favorem omnium nostrum filiorum tuorum? † Longitudo ejus erit pro nobis; usque ad diem novissimum. In favorem....

LECTIO II.

*Utrum doctrina asserens Josephum esse immaculatum sit definibilis.*

Punctum aliquod seu mysterium esse definibile, nihil aliud est, quam ad postremum judicium seu ultimam declarationem Apostolicæ Sedis posse pervenire, cujus est id definire aut declarare: omne quod, bene fundata certitudine et claritate, sicuti etiam sufficiens est ut declaretur, sed Sancti Josephi conceptionis immaculatæ mysterium, ejus privilegiorum, gloriarum, gratiarumque, quibus exornatur, consequentia, dici potest; ergo, doctrina quæ id docet, tamquam infallibilis veritas ab Ecclesia definiri possit. Hoc mysterium ita supernaturalis est veritas, pia erga Ecclesiam, utilisve fidelibus, ut tantum cum eo quod de Josepho in Scriptura dicitur, et absque nova et explicita revelatione Ecclesia motiva habet sufficientia ad eam definiendam, per implicitam Dei et tacitam revelationem, sufficienter ad eam propositam. Et eo magis, quo, qui hoc scribit, miraculum tale suo favore habet, quod, suo humillimo judicio, Deus ad hunc finem id fecit.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis, esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

R. Non timebo millia populi circumdantis me et dicentis: \*Quoniam in peccatis concepit te mater tua. *¶* Exurge, Domine, salvum me fac, Deus meus. Quoniam....

### LECTIO III.

*Doctrina affirmans Beatum Josephum esse —immaculatum est desinibilis a Sanctæ Sede.—*

A paternitate Dei revera concluditur Beatum Josephum Mariæ Virginis Sponsum esse immaculatum ab origine sui; esse, nempe, absque labe originale conceptum; quia juxta Augustinum, "quod Spiritus Sanctus operatus est, utrisque id est, Josepho et Mariæ operatus est; et in amborum justitia requiescens, ambobus Filium dedit; sed in eo sexu cui parere decebat, operatus est hoc, quod etiam marito nasceretur." Ergo a Josephi paternitate Romanus Pontifex proficiscens, suo tempore debito poterit, et quando ei visum fuerit et dum ab Spiritu Sancto se divinitus senserit inspiratum, definire doctrinam esse veram, nec non et sanctæ fidei nostræ dogma, doctrinam Sanctum Josephum asserens, modo Mariæ simillimo, sine labe originali fuisse conceptum. Hæc ad occasiones Illius. Crespus ajebat: Summum Pontificem absque expresso Scripturæ textu, sine traditione et sine miraculis, sed ductum tantam per argumenta animum suum moventia, posse, quæ ab

omnibus habeatur ut talis, aliquam veritatem declarare, quemadmodum circa absolutionem ad absentem probatam se gessit, et similibus aliis in punctis. Ergo jure merito nostro in casu hæc facere poterit.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes meae immaculatae conceptioni sine causa. \*Dentes peccatorum contrivisti. *¶* Domini est salus mea et super duas meas familias benedictio tua. Dentes....

### —DIA 2 DE JULIO.—

#### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Dignitas Sancti Josephi talis est, ut ratione ipsius Joseph fuerit indivisibiliter conjunctus animo cum Virgine Dei parente.—*Eguvara.*—Beata Virgo spectat ad ordinem hypostaticum ratione maternitatis, at quo caro Virginis spectat et Joseph; ergo Sanctus Joseph ratione suae dignitatis, etiam spectat ad ordinem hypostaticum.—*Eguvara.*—Non potest non spectare ad ordinem hypostaticum dignitas Sancti Josephi cui juridice debetur conjunctio cum Deo.—*Eguvara.*—In toto ordine gratiae non est capacitas connaturalis ad Josephi dignitatem.—*Eguvara.*—Dignitas Josephi subjicit Josepho ipsi stricto jure et vinculo Deiparam Sponsam suam, et ab lege coelestis regina ipsa excipi noluit, nec fuit excepta.—

*Eguiara.*—Dignitas S. Josephi excellit aliis omnibus, ideoque spectat ad ordinem hypostaticum.—  
*Eguiara.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Latitudo misericordiae tuae, o bone Joseph, nos filios tuos.\*Replet miserabiliter orbe terrarum. ¶ Ut sua misericordia plena sit omnis terra, in favorem tum fidelium, tum etiam infidelium. Replet miserabiliter . . .

### LECTIO II.

*Josephum esse immaculatum a Romano Pontifice*  
—*certe definiri potest.*—

Si cum veri virginalis Jesu Patris idea, conceptionis suæ immaculatæ idea inseparabiliter est conjuncta; certe liquet hanc doctrinam, consolatricem fidelibus, Jesu gloriosam, et Mariæ charissimam, nec non et Josepho dilectissimam, suo tempore a Romano Pontifice definiendam, esse semper et quando ille ab Spiritu Sancto illuminatus, potentissimas quæ ad hunc finem eum vertant, habeat rationes; non obstantibus in contrarium potioribus. Hac de causa, Stephanus Pontifex, quod ab hæreticis baptizati, rebaptizandi non erant, non obstante Sancti Cypriani in contrarium, et Synodi Africani episcoporum octoginta consensu, definivit. Hac de causa Benedictus Papa XI justorum animas, gloriam consequi, si in perpetuum fuerant purificatae, definivit quamvis D. Bernardus, Epifanius, Teophilactus et alii Patres duodecim in contrarium versabantur. Per hoc Ecclesia definivit, mendacium semper esse mendacium, et juxta hoc, semper esse peccatum et nunquam mentire oportere, etiam si oponerentur

Sanctus Hieronimus, Sanctus Joannes Chrisostomus alique Patres in contrarium sentientes. Ergo jure merito nostro in casu, Apostolica Sedes fidei catholice dogma poterit Sancti Josephi conceptionem immaculatam definire; eoque magis, quò ille in aliorum numero inclusus non invenitur et ex cæterum numero disjunctus semper est, tamquam verus et virginalis Jesu Pater.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In tribulatione omnium hominum et mulierum in peccato originali cadentium tu misericorditer dilatasti me.\*Et quum invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ per quem immaculatus sum. ¶ Misertus est mei, exaudivisti orationem meam, et absque macula originali conceptus sum. Et. . .

### LECTIO III.

*Ecclesia Romana, Josephum esse immaculatum*  
—*definire potest.*—

Jam Virginiis Mariæ immaculata conceptio definita, tamquam Jesu Mater; tamquam definita Josephi immaculata conceptio esse transit, dignissimi Mariæ Sponsi et virginalis Jesu Patris. Sed ut hoc contingat demus, etiam in hoc casu, quod Sancta Ecclesia Romana, quæ divino lumine verum agnoscit, certe in casu nostro poterit in contrarium definire quemadmodum Concilium Tridentinum fecit, canonicos Judith et Tobie libros declarans, non obstante, quod Sanctus Hieronimus, Athanasius, et Nazianzenus contrarium dixerunt; Angelos esse incorporeos definivit, quamvis S. Ambrosius, S. Augustinus, S. Hilarius et S. Basilius cum aliis viginti Patribus, contrarium credebant; Si enim Sancta Ecclesia

prædictos punctos definire potuit sensum Patrum adversus, quare definire non poterit immaculatæ conceptionis Sancti Josephi punctum, solum quia unus aut multi Patres ex adverso sentiunt? Proinde, quando Ecclesiæ hoc conveniens videatur, ab Spiritus Sancti lumine potentissime illuminatæ, ipsius ad solatium et fidelium ad levamen, poterit Josephum fuisse immaculatum definire.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Voce mea ait Joseph, ad Dominum clamavi et exaudivit me de monte sancto suo.\*Tu autem Domine susceptor meus es, tu gloria mea, et exaltans caput meum. ¶ Ergo dormivi et soporatus sum, et exsurrexi absque peccato originali, quia tu, Domine, suscepisti me. Tu autem....

—DIA 3 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Dignitas Sancti Josephi est Deo propinquior magis quam omni quæ habetur in ordine gratiæ ideoque dignitas ejus pertinet ad ordinem hypostaticum. —*Eguiara.*—Quamvis Joseph Christum non genuerit non fuit tamen a ministerio desponsationis cum Virgine extraneus; nec fuit extraneus relate ad filium, ex desponsata sibi uxore legitime prognatum. —*Eguiara.*—Dignitas S. Josephi in ordine hypostatico collocatur ex eo quod fuit electus ad Sponsum Virginis et ad Patrem Jesu: ex eo quod voluit verbum caro factum esse, ex eo quod fuerit intime conjunctus Deo homini, media actione physica generativa, non quidem sua, sed uxoris suæ; ex eo quod

ordo divinus constituatur a divinitate, id est, ordo hypostaticus constituitur ab unione ipsa hypostatica.

—*Eguiara.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Potentissimum advocatum præmissit peregrinatio nostra.\* Qui Judicis Pater noster est, et Pater Dei, et Pater misericordiæ. ¶ Qui efficaciter salutis nostræ negotia mirabiliter pertractavit. Qui Judicis....

LECTIO II.

*Quomodo Romanus Pontifex conceptionem immaculatam Josephi valide definire possit.*—

Mysterii revelatio a Sancta Sede facta, est decisio seu judicium Ecclesiæ ultimum, super aliquam veritatem in Scriptura aut Traditione contentam, et quæ nobis ut divina credant fide fideles, proponit. Si ad validitatem tantum dogmaticæ definitionis attendere volumus, super id quod Josephus immaculatus fuerit conceptus, ad nullas Pontifex restringeret regulas; nam si per possibile, si audacter vel illicite, similem fieret definitionem, etiam si Romanus Pontifex ille fuerat, non obstante, definitio subsisteret et fuerit vera definitio. Ergo, hoc ipso modo, de Sancti Josephi puritatis dogmatica declaratione dicere possumus, in sua purissima conceptione sine originali peccato.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Filii hominum usquequo gravi corde contra conceptionem immaculatam nostri Sancti Josephi.\* Scitote quoniam mirificavit Dominus Patrem suum Josephum. ¶ Exaudiet me et Maria. Scitote....

## LECTIO III.

*Quomodo Romanus Pontifex, Josephum esse immaculatum licite definire possit.*

Secundus quo Romanus Pontifex modus processit circa dogmaticas fidei definitiones ille est, qui ab ipsis Ecclesiæ legibus constitutus est, et nostro in casu veritatem mysterii immaculatæ Sancti Josephi conceptionis declararet, contentam in Scriptura seu Traditione esse declarando, saltem implicite aut virtualiter. Ecclesiæ universali eam proponendo tamquam fides divina, ad hoc diligentias prærequisitas faciendo, simili modo, quo in diebus nostris immaculatam Virginis Mariæ conceptionem declaratam vidimus. Quamvis in Sacris Libris ex eo quod ab Spiritu Sancto edocemur concludere possumus Sanctum Josephum sua in conceptione immaculatum fuisse, quoniam adhu ab originali peccato fuit exemptus, qualitas erat, quæ per gratiam et privilegium in Domino Sancto Josepho invenire debebatur; sed etiam si ab Scriptura et Traditione nos sejungimus, et adhuc in illis nullus invenitur textus concedendo, scilicet clarus, sua certa traditio, etiam in hoc casu Romano Pontifici sufficere potest, ab Apostolica Sede probata miracula, quemadmodum ad sanctorum canonizationem videmus esse sufficientia. In casu nostro, devotio illa quæ ex omnium cordibus erumpit attenda, Sanctum Josephum erga; et miracula ipsius facta in cultorum ejus favorem accipiendo, et ad Spiritum Josephinorum Doctorum attendendo et etiam Sanctæ Ecclesiæ, et modo specialiore Leonis XIII regnantis, Sanctum Josephum causa conjungendi suam Mariam Sponsam certe liquet incipere

debemus Joseph separando a peccatoris sceditate sic certa est immaculata conceptio sua.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Irascimini et nolite peccare audientes Josephum esse sine peccato originali conceptum.\* Quæ dicitis in cordibus vestris compungimini. ¶ Sacrificate sacrificium justitiæ et sperate in Domino; multi jam dicunt: Josephum esse sine labe conceptum.— Quæ dicitis. . . .

—DIA 4 DE JULIO.—

## LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

In ordine hypostatico collocari primo unionem hypostaticam et conjunctum substantiale Dei hominis; in secundo autem loco reponi maternitatem Dei et hujus ratione Dei Matrem; in tertio et infusio dignitatis Josephi, et Josephum ipsum, quia Josephi conjunctio cum Deo homine intimior est quam justorum cum Deo.—*Equivara.*—Dignitas pertinens ad ordinem hypostaticum, immediata post dignitatem Matris Dei, superat omnes dignitates puræ creaturæ concessas; sed talis Sanctissimi Josephi dignitas est; ergo dignitas S. Josephi pertinet ad ordinem hypostaticum.—*Equivara.*—Vi paternitatis Christi et matrimonii cum beata Virgine, conceditur Sanctissimo Josepho dominatio vera quodammodo supra Filium Dei et ipsius Matrem.—*Equivara.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quæramus gratiam filii dilectissimi, et per Josephum semper gratiam quæramus\* Quia qui quæ-

rit invenit et frustrari non potest. ¶ Exaudiet utique Pater Filium, exaudietur ipse pro sua reverentia. Quia....

## LECTIO II

*Veritas immaculatae conceptionis Beati Josephi  
—definibilis est.—*

Veritas mysterii, immaculatae conceptionis, dignissimi Mariae Sponsi, et virginalis Jesu Patris, considerari potest, tamquam theologica et metaphysica conclusio, et legitime de universalibus principiis promissionis et Spiritus Sanctus praesentiae deducta, numquam deficere fidem Petri in successoribus suis, et Ecclesia errare non posse in suis definitionibus circa fidem et mores, et assignatio ad heroes christianos cultus sacri, quos Sancta Sedes in altariis collocat: et sicuti de Mariae assumptione in coelum sermo faciens, audacter fuisset non in corpore et anima assumpta fuisse in coelis asserere, et si quis hanc propositionem defendere velit, suspectus haeresis fuisset, non quia ad fidem opponitur, Ecclesia enim usque nunc nihil de hoc mysterio declaravit, sed quia universalis error in quo Ecclesia inciderat, hoc tam magnum mysterium celebrando, supposebat. Res similis contingeret, assumptionem Sancti Josephi negando in corpore et anima in coelum; et si usque nunc Ecclesia eum cultu publico non colet, haec est tamen omnium fidelium fides, omnesque gaudent eum in coelis sicut protectorem et advocatum habentes. Hac de causa, Ecclesia in tempestuosis diebus nostris, eum honoremus tamquam universalem Protectorem desiderat. Adeoque, cum immaculatae Virginis Mariae conceptionis mysterium fidei veritas sit, tamquam ab Ecclesia

definita; mysterium Sancti Josephi immaculatae conceptionis, protinus erit agnitum tamquam fidei proximum.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

¶ Signatum est super nos filios tuos lumen vultus tui ut te adoremus.\*Dedisti laetitiam in cordibus nostris. ¶ Et tuum sanctum Institutum per potentissimam virtutem tuam dormiat et requiescat.—Dedisti....

## LECTIO III

*Conceptio Beati Josephi immaculata, proxime  
—definibilis est.—*

Conceptio immaculata Sancti Josephi dignissimi Mariae Sponsi et virginalis Jesu Patris, propositio est particularis implicite in universali propositione contenta, atque in Scriptura revelata, cujusque continentia, non solum certitudinem moralem, verum etiam physicam et adhuc metaphysicam habet. Adeoque clare videtur Romanum Pontificem simili in declaratione, errare non posse; ergo proxime definibilis est. Hac de causa D. Augustinus exclamabat dicens: "Non solum debuit esse Pater Joseph, sed maxime debuit; major puritas confirmet Paternitatem, ne ipsa Sancta Maria nos reprehendat." Ergo Sanctus Joseph, non solum fuit Jesu Pater, sed debuit esse; et eo magis esse debuit, quo major fuit ejus puritas; et uti fuit quidem vere virginalis Pater, ita quidem puritatem originalem habere debuit, nam e contra indignus divinae paternitatis esset. Praeterea omnis theologica conclusio, ut formaliter accepta et a theologico discursu explicata, consequens est de fide et tantum expectat, quod Apos-



tolica Sedeseam definiat fidelibusque, eam ut credendam. proponat Et quo modo propositio nostra ajenam conceptionem Beati Josephi immaculatam esse, tanquam formaliter ab ejus Paternitate divina, ejusque cum Deigenitrice divina conjunctione deducta liquet, quod ut materialiter assumpta, absolute moraliter certa est, certa physica, et adhuc cum metaphysica certitudine apparet; ergo jure merito asseruimus, conceptionem Beati Josephi esse immaculatam, ad eoque proxime definibilem.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Verba mea auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum \*Quoniam tu, Domine, singulariter in spe tuæ immaculatæ conceptionis constituti me. V Istende voci orationis meæ, Domine Sancte Joseph Pater Jesu. Quoniam....

—DIA 5 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Dignitas Josephi ita summa est, et hac de causa ad ordinem hypostaticum revera pertinet, ut ipsi Josepho tribuitur jus ad actionem generativam Dei hominis ab Sponsa sua physice egredientem, et ad Deum hominem, ut ab Sponsa sua legitime genitum.—*Equivara.*—Ad ordinem hypostaticum non spectant personæ, quæ nullum jus ad Deum hominem, nullam cum ipso connexionem habent: e contra vero attinet is qui et jus illud habet et connexionem; ideoque Joseph ratione suæ dignitatis spectat ad ordinem hypostaticum.—*Equivara.*—Ad unionem hypostaticam pertinere non possunt, nisi qui

immediate conjuncti sunt cum Deo, ut humanitas Christi; aut cum Deo homine physice et juridice ut beata Virgo Maria; vel solum juridice ut Joseph.—*Equivara.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tu Joseph Pater misericordiae, pro miseris nobis filium tuum rogabis. \*Quoniam Jesus posuit Mariam mediatricem. V Tu quoque cum Jesu et Maria potentissimus esse possis mediator.—Quoniam Jesus....

LECTIO II.

*Magis standum est auctoritati Ecclesiae, quam  
—cujusque Doctoris.—*

Postquam Apostolica Sedes a coeterorum hominum congerie Sanctum Josephum sejunxit; (eumque non solum indirecte separavit, in genere ipsum considerando ut Mariæ Sponsum et Jesu Patrem, sed hoc etiam fecit directe, Sanctum Josephum coeteris sanctis superiorem existitisse, declarando;) et uti in Mariæ gratia, novum cultum declaravit, ita Josephi in favore novum cultum proposuit; quo a coeterorum Sanctorum numero eum seligendo, ad suam appropinquavit Sponsam quantum fas erat, qua in declaratione, quidem suæ immaculatæ conceptionis futura dogmatica declaratio exoritur. Et si fortasse quidam aliquis Doctor seu Ecclesiae Pater, qui cum exprefesso de hac materia ageret, ad sententiam nostram opponeretur, nobis indicare voluit, hoc in casu, sapius diceremus: Magis standum est auctoritati Ecclesiae, quam auctoritati cujusque Doctoris. Sed si quod Ecclesia jubet æquivocum est, in errore incederit, et tunc hoc simile esset, tamquam

Piissima

diabolo cultum dare, quem soli Deo debetur. Ergo rationem habuit Ecclesia, dum quidem Sancto Josepho daretur cultu superior omnibus Sanctis et in hoc certe non erravit. Et hæc superioritas fundamentum habere debet in immaculata eius conceptione. Concludamus ergo, ut protinus Sancta Sedes fidei dogma definire poterit immaculatam Josephi conceptionem.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Odisti omnes qui operantur iniquitatem dicendo Josephum esse in originali peccato conceptum.\*Perdes omnes qui loquuntur hoc mendacium.  
R Mane astabo tibi et videbo quoniam non Deus volens mane iniquitatem tu es, neque habitavit juxta te malignus, sic loquens. Perdes....

### LECTIO III.

*Quidquid gratiæ in Christo fuit, in parentes ejus venit.*

Quidquid gratiæ in Jesu Christo Domino nostro fuit, in parentibus ejus purissimis et virginalibus pariter fuit; discrimine tamen, Jesus Christus gratiam essentialiter et ex justitia, quia Deus, habuit; sed in parentibus ejus, infinitum gratiæ fuit, per gratiam et privilegium. Adeoque si Christus plenitudinem habuit gratiæ, et hanc divinis parentibus ejus communicavit aliquo modo, evidens est, quod prima gratia esse debuit, sine labe originalis peccati esse concepti, quoniam sine peccato esse, primum est quod necesse est habere. Hæc ipsum Sacra Scriptura indicavit, dum Joseph iustum appellat, id est plenitudinis gratiæ possessorem, non tantum quoad intentum, sed etiam quoad toto vitæ suæ

tempore extensionem, et proinde usque ad immaculatam ejus conceptionis punctum. Demus autem quod prædictus textus non expresse et formaliter doctrinam contineat, quæ asserit, Sanctum Josephum a primo suæ conceptionis instanti sine macula fuisse conceptum; sed implicite et virtualiter prædicti mysterii continentia in allato loco, et in multis aliis, quibus Beatus Joseph offertur tamquam Mariæ Sponsus et Jesu Pater. Hæc de causa ab Ecclesia definitio postulatur, et ea magis ratione postulatur, qua aliqui Sacra Scriptura textus, qui antea subobscuri erant, hodie ab Ecclesia illuminati, vere clarissimi sunt. Sic certum est illud quo exordimur, scilicet, quidquid gratiæ in Christo fuit in parentes ejus venit.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Virum sanguinum et dolosum dicentem Josephum esse cum labe originali abominabitur Filius ejus Jesus.\*Ego autem in multitudine misericordiae tuæ. ¶ Introibo in Institutum Josephinum, atque adorabo hanc veritatem ad templum sanctum tuum in timore tuo. Ego autem....

### —DIA 6 DE JULIO.—

#### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Tota Josephi conjunctio cum Christo moralis est; sed moralitate juris paterni in ipsum Christum, et juris Sponsi in actionem generativam Virginis; ideoque Joseph in ordine hypostatico revera reputatur.—*Equivara.*—Tota Josephi conjunctio stat